



De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manuscriptis Codicibus, Qvarvm permultæ antehac nunquam
in lucem prodire

Complectens Sanctos Mensivm || Ivlii Et Avgvsti

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10261

De S. Hildulpho archiepiscopo Treuirensi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77405)

execrandus & prophanus Imperator eam ablatam immisit in profundum. Ij autem, qui eas intrulerunt Byzantium, & proceres, & qui primas obtinebant apud Artabastinem & filias Imperatoris, & alij plurimi diripere reliquias. Quomodo etiã manum sanctam, quæ librum accepit, à Niceta Patritio cognomine Monomacho, qui in Sicilia Insula martyri templum extruxit, dicunt illic fuisse repositam. Hinc itaq; factũ est, vt pauca quædam ossa capitis quæ remaserant, in ea, quæ olim fuerat arca, clauderentur cum alijs reliquijs, quas etiã in hodiernum vsq; diem scimus seruati in arcula. Arbitror autem in dicta quoquẽ Insula Lemno relictas esse quasdã partes corporis. O prouidentiam minimẽ inuestigabilem. O quæ comprehendere non potest, potentiam altissimi Dei, qui facit omnia. Facit enim omnia, quæ vult. Audite ergò Reges, & intelligite. Auribus percipite principes, & intelligite. Discite qui possidetis terrã, & obstupescite. Videte Dei magnalia, & laudate eius, quæ comprehendere non potest, potentiam. Quis vnquam sperasset, aut expectasset inueniri posse reliquias benedictæ Euphemie, de qua ne sola quidem fuerat tot annis collocutio, doncẽ visum est Domino virtutum, repente & inopinatò suar, quæ comprehendere non potest, potentia facere miraculum? Nos autem cum indignis labris martyri parum gratulati fuerimus, faciemus finem orationis.

Gaude omni ex parte benedicta Euphemia, refugium Christianorum. Gaude benedicta Euphemia, sacrum sacerdotũ ornamentum. Gaude omni ex parte clara & insignis Euphemia, refugium infirmorum. Gaude benedicta Euphemia, refugium oppressorum. Gaude beatissima Euphemia, Regum propugnaculum. Gaude beatissima Euphemia, decretorum tutela synodaliũ. Gaude benedicta Euphemia, mudo profundens vnguenta curationum. Gaude veneranda Euphemia, oris hæreticorum frenum validissimum. Gaude digna omni honore Euphemia, Barbarorum aduersaria. Gaude omnium nostrum refugium & munitio, quæ es apud Deum nostri perpetua intercessio.

Memento autem o Dei martyri, me quoque humilis, & infelicis, & suscipe hoc vile & nullius notæ scriptum funebre meæ temeritatis, petens pro omnibus, qui cum desiderio tuam venerabilem & miraculorum effectricẽ semper peragunt memoriam, Regibus & Pastoribus, sacerdotibus & monachis, principibus & subiectis, vt affequatur, vt sedeant à dextris Dei, & bonis fruantur æternis, gratia & clemẽtia Domini nostri Iesu Christi: Cui gloria & potentia cum patre principij experte, & sanctissimo & consubstantiali & viuifico spiritu, nunc & semper & in secula seculorum, Amen.

VITA S. HILDVLPHI ARCHIEPISCOPI TREVIREN. ET PRIMI ABBATIS VOGASIENSIS, VT IN

MS. codicibus habetur, quam quàm suspicor hanc nisi Epitomen esse vitæ eius. Stylum modicè elimaui F. Iac. Mosander.



HILDVLPHVS claro genere ortus, ac à iuuetute literarum studijs traditus, in breuitatè profecit, vt de virtute in virtutem quotidie proficiscẽs, purus & integer ab his vitijs, quibus talis ætas solet implicari, p̄sisteret. Deinde moribus ecclesiasticis assuefactus, apud Ratisponã urbẽ clericali t̄sura initiatus est. Inter à Milone Treuiren. Archiepiscopo defuncto, totus clerus Hildulphũ, eò quòd vir esset & animi & corporis nobilitate ornatus, in suum Antistitem vnanimiter postulat. Mox fama in aula Regis Pipini patris Caroli Magni percrebuit, atq; ex eius sententia Hildulphus archiepiscopatu dignus declaratur, & ad id dignitatis assumendus diffinitur. Verum Dei famulus, vitam magis diligens anachoreticam, fugam meditatus est, sed detẽtus ac raptus à deuoto populo, in Galliam Belgicam deductus est, ac Treuironum postea consecratus Episcopus. Hoc igitur sublimatus honore, quàm sancte & iuste vixerit, testatur perpulchra eius facinora. Tene-
rum nanq; corpus suum, ieiunijs, abstinentijs, alijsque castigationibus ita affligebat, quasi multa flagitia perpetrasset. Misericordiã operibus vacabat: prædicationibus & sacrificijs salutaribus insistens, nullum penè diem pertransijt, quò non omnipotenti Deo sacras hostias, pro salute mudi & requie defunctorum offerret. Qui vt bonus pastor femina rectæ operationis præmittẽs, vberiores verbi fructus collegit, & quod ore docuit,

Psal. 148.

Cap. 17.

Vide miras laudes, quas in sancta honorè profere.

Euphemia cõfirmatrix s. ecum. nici cõcilij Chalcedon.

Oratio Authoris.

Iulij 11.

De Milone vide 13. Ianuarij in præfatione ad vitam S. Remigij.

Perpulchra eius facinora.

Quotidie Missam celebrat.

docuit, operibus adimpleuit. Hic inter cetera magnifica sua opa que gessit, corpus S. Maximini Præfulis Treuren. à loco, quo eū S. Paulinus Aquitanus sepelierat, in eum, quo nunc veneratur, transtulit.

Valedicit mundo.

* alijs Vogasi S. Deodati vita habetur 19. Iunii Tomo 3. editionis secundæ.

Multi sequuntur eius sancti institutum.

Luc. 10.

Erhardus

Episcopus

Ratisponæ.

S. Hildulphi frater.

Cæca à natiuitate videt.

* Vogasi

S. Spinnulus

quantæ fuerit sanctitatis.

Cæci ardentes vèto non extinguuntur.

Felicitè obit S. Hildulphus.

Postquam igitur multiplices pro grege Christi labores sustinisset, Archiepiscopalem dignitatem resignans, & quicquid habebat diuitiarum ac possessionum relinquens, vt olim concupierat, eremum ingressus est: atque à domino Iacobo Leucorum Antistite pœnitentiæ locum efflagitauit. Qui eius sanctæ deuotioni annuens, saltum * Vosagi (vbi sanctorū virorū cellæ, à sanctissimo Deodato Episcopo prius extructæ inueniebantur) eidè prouidit. Iam ad vicinam eremū prædictus Deodatus transfugrat, huic Hildulpho, instituti monastici, perpetuus collega assumendus. Igitur cum locū hūc habitare cepisset sanctissimus Hildulphus, qui mōtibz vndiq; circumseptus, fluuiolo Rapido nomine, irrigatur, duas super eundē ecclesias fundauit, primā videlicet in honorē Dei genitricis Marię, quam medium monasteriū appellauit: alterā in honorē beati Petri & omnīū Apostolorū cōsecrauit. Quibus perfectis, soli Deo viuere cepit. Cumq; fama sancti nominis eius longē lateq; dilcurreret: multi viri tam seculari potētia, quā nobilitate insignes, ad eum sæpius cōfluebant, ex quibus nonnulli cum eo remanebant, cælestis vitæ accensi desiderio. Itaq; dum numerus accurrentiū discipulorū ex diuersis mūdi partibus magis ac magis accresceret, cepit plures ibidē ædificare monachorum cellas, vt ab omnibus huius sæculi nequā periculis liberi, cū sancta Magdalena soli vacarent Deo & piæ contemplationi. Tunc per merita ipsius sibiq; subiectorum Deus ibidē multa operatus est miracula. Cæci illuminabantur, claudi curabantur, dæmones fugabātur. Sed cum sanctus ille monachorū cœtus nimia infirmorum ac debiliū hominū frequentia perurbaretur, atq; à sancta cōtemplatione auocaretur: tertiā extra monasterij claustra extruxit ecclesiā, quā S. Iohanni Baptista Domini dedicauit, in cuius circuitu adiecit domos, quibus hospitio exciperentur superuenientes infirmi. Dum itaq; ex remotis etiam terris ad virum Dei fieret accursus, contigit S. Erhardum Episcopum Ratisponæ. eius tam sanguine quā sanctitate germanum aduentare, quem ille benigno ac fraterno affectu suscipiēs, multo tempore, mutæ ædificationis gratia, apud se detinuit.

Eodē nanq; tēpore, quo sancta hæc & germana luminaria mutæ conuersationis vinculo connecterentur, defertur eis eniūsdā Hesticonis Ducis filia, à natiuitate cæca, atq; vt eius misereantur mœsti rogauerūt parentes, quā cum sancti Patres cognouissent esse gentilem, factam prius catechumenam, Domino commendarunt, & pro ea humiliter deprecari sunt. Postea verò S. Hildulphus eam baptizauit. Quam de morte ecclesiæ, S. Erhardus de sacro fonte excipiens, iam mente & corpore illuminatam nominauit Odiliam.

Huius ergo tā præclari miraculi nouitate stupefacti parentes, totaq; regionis istius nobilitas, sanctum Hildulphū maximè venerari coeperunt. Multi quoq; in augmentationem tam sanctæ religionis ibidē institutæ, sua impèdère auxilia. Ex quibus quidam nomine Beggo, suū fundū, qui in hunc vsq; diē cella Beggonis appellatur, pro monasterio cōstruendo viro Dei obtulit. Per maximā quoq; * Vosagi partē que Folcodi rupes nominatur, iure perpetuo tradidit possidendā. Sanctus igitur Hildulphus prænominatā Beggonis cellam ad honorē sanctissimæ Crucis Dominicæ dedicauit: cui etiā profundissimā humilitatis virū, Spinnulum nomine prefecit, vbi post multos labores numerosaq; miraculorū insignia idem abbas Spinnulus vitæ suę diē clausit extremū. Cuius mors q̄ fuerit preciosa in oculis Domini, angelica reuelatio attestata est. Nam iussus fuerat Hildulphus defuncti corpus ad suū deferre monasterium ac honorificè sepelire. nec mora. Sanctus cinere, quo recubabat, excutitur, conuocatisq; fratribz, obitum sancti viri denunciauit. Qui accēsis cæcis, ad exequias celebrandas properant. Vis itaq; ventorum, plūs solito tunc inhorruerat, adeo vt per maximas quercus, antiquissimasq; abietes in solum deiiceret. In tali tamen turbine, ante corpus Sancti Dei, ardentes cæci vsq; ad locū sepulcri delati sunt, absq; luminis damno. Sed & infirmi quiq; sepulcrū eius visitantes sanabantur, quacunq; etiā detinerentur infirmitate. Tantus enim ibi fiebat populī cōcursus, vt regionis istius indigenæ tentauerint ibi forum statnere. Sed beatus Hildulphus ad tumultum S. Spinnuli accedens, dixit ei quasi viuenti: Frater Spinnule, propter animarum pericula, concurrentes comprime turbas. Tunc signis cessantibus, frequentia quoq; cessauit accurrentis populī. Tandem beatus Hildulphus plenus dierum & sanctitatis, correptus febre feliciter obdormi-

dormiuit in Domino, aeterno pro meritis coronandus brauiò, quinto Idus Iulias.
Plura de hoc sancto habentur, quæ ad eius vitam spectant, 19. Iunij in
vita S. Deodati Episcopi.

VITA S. IOHANNIS GVALBERTI, AVTHORE
(NI FALLOR) BLASIO MELANESIO, GENERALI ORDINIS
Vallis Vmbrosæ. Is enim scripsit huius beati viri vitam, sed Codex
MS. eius nomen non habebat. Stylum mutauit F. Laurentius
Surius in gratiam Lectoris, adiectis ad marginem Capitibus.



ANNO salutis millesimo quadragesimo claruit beatus Iohannes Gualbertus, primus architectus & fundator Ordinis Vallis Vmbrosæ, cuius professores viuunt conuenienter Regule S. Benedicti, quibusdã constitutionibus priuatis illi superadditis, vtunturq; habitu coloris cinericei. Habet autem is Ordo multa monasteria in Tuscia & Gallia Cisalpina, quam Longobardiam vocat. Patria autem huius sancti viri Florentia fuit. Parentes habuit nobiles. Pater Gualbertus dictus est, vir militaris. Cum adhuc iuuenis degeret in seculo, & pater eius Gualbertus, quem diximus, capitalis esset hostis cuiusdã, qui eius cognatum iniuste peremerat, eaque causa non Gualbertus modò, sed etiam Iohannes filius eius vitionem expeteret: accidit quodam die, ipsum Iohannem cum armigero suo Florentiam proficisci, in ipso autem itinere venire ei obuiam ab insperato hostem illum capitalem, idq; loco tam angusto, vt neuter posset à via desistere. Tum verò hostis ille, quòd inermis esset, nihil nisi mortem presentem expectans, subito quadam concepra fiducia de clementia Iohãnis, ab equo desiliit, humiq; prostratus, iunctis cæclatim ad pectus manibus, pro Crucifixi amore veniam sibi dari humiliter postulauit. Compunctus Iohãnes audito nomine Crucifixi, pacem illi obtulit propter amorem Crucifixi, qui pro suis hostibus ipsum crucifigentibus rogauit, nè perirent: iussitque eum surgere à terra, metumque omnem ponere, quòd iam ex animo ipsi culpam omnem condonasset, vt posset ipse quoque propitium experiri Deum: fecitque ei copiam quòd vellet recedendi.

Porro ipse vltra progressus, in quandam ecclesiam monachorum, que erat in itinere, se contulit, & cum coram imagine Crucifixi genua flecteret, vidit Christi à Cruce pendens caput ad se inclinari, tanquam gratias ipsi agentis, quòd pro eius reuerentia hosti capitali pepercisset. In tãti miraculi testimonium hodieq; Crux illa in ecclesia S. Miniatis, in monte prope Florentiam, cum magna veneratione & cura seruatur: vbi olim fuit monasterium monachorum, quos Nigros vocat: nunc verò Alborum est, id est, montis Oliueti. Iohannes autem ea Christi vocatione attractus, constituit seculo nequam valescere, labentia cuncta despiciere, vt Christum in Cruce nudum suspensum, ipse quoque nudus sequeretur. Itaq; ad isthuc S. Miniatis monasteriũ profectus, ab Abbate & fratribus humiliter petijt sibi sanctæ religionis habitum donari. Receptus igitur in laici habitu, pro monasticæ vitæ consuetudine comparat se ad capiendã vitæ religiosæ experimenta. Interea pater eius audiens filiũ suum monachum futurum, ad monasteriũ abijt, filium ad se mitti postulat. Sed cum Iohãnes ab Abbate ea de re interrogatus, non assentiret, timens nè quid à patre, homine seuro & aspero, periculi sibi crearetur: Abbas iniquum censebat, illum cõpellere & in discrimen conijcere. Tum verò furore percitus Gualbertus pater, quòd non daretur ipsi copia cum filio colloquendi, multas ei monasterio minas intenuit, si ausi essent filium eius in suam fodalitatẽ admittere. Multum igitur anxij formidabant monachi, si habitũ monasticum, quem ille obnixè poscebat, Iohanni traderent, nè aliquo insigni damno à patre eius afficerentur. Cum ergò nullus auderet veste monastica eũ induere, ille feruore spiritus inflammatus, cum sibi ipse capitis comam torondisset, cucullum fratris cuiusdam apprehendit, eumq; super altare in ecclesia reponens, hilariter sibi induit, cunctis fratribus iuuantibus & congratulantibus illi. Etsi autem pater eius, vt illum

Iulij 12.
Cap. 1.
Ordo Vallis
Vmbrosæ à
quo cõditur.

S. Iohannis
patria & pa-
rentes.

Vide piera-
tem.
Luc. 23.

Cap. 2.
Nota Lec-
tor, & di-
sce igno-
scere.

S. Iohannes
monasticũ
habitũ pe-
tit.

Id eius pa-
ter fert mo-
lestissimẽ.

Mirabilis
feruor S. Io-
hannis.